D15464922

1ª
18466

D. MARTINI
NAVARRI
OPERA.

MARTINVS
Azpilcueta Doct. Navarrus
AETATIS XCIV
obijt
MARTINI
AZPILCVETAE
DOCTORIS NAVARRI
IVRISCONSVLTORVM
NOSTRÆ ÆTATIS CLARIS:
SIMI ET PERSPICACISSIMI,
SACRORVM CANONVM ET VTRIVSQVE
iuris et facti quæſtionum interpretis
Solertiſſimi
OPERA,
In tres, et eiuſdem Conſilia in duos Tomos
diſtincta, vt et ſeparatim haberi poſſint, digeſta.
Nunc primùm in Germania auctius et
emendatius edita.
DISCITE IVSTI
TIAM MONITI
COLONIÆ AGRIPPINÆ
APVD IOANNEM GYMNICVM.
SVB MONOCEROTE. M.DC.XVI.

MARTINI

Ab

AZPILCVETA DOCTORIS NAVARRI,

IVRISCONSVLTORVM NOSTRÆ ÆTATIS CLARISSIMI,

AC PERSPICACISSIMI, SOLERTISSIMIQVE
ſacrorum Canonum, & Vtriuſque Iuris & facti
Quæſtionum interpretis
OPERVM

TOMVS PRIMVS.

QVI PLVRIMA COMMENTARIA IN CERTA QVÆDAM DECRETI
capita, & integras ſeptem de Pœnitentia diſtinctiones continet, quorum Catalogum poſt vitam Auctoris à Simone Magno Ramlotæo ſcriptam,
& auctam videre poteris.

PRAETEREA SVNT QVINQVE INDICES, QVORVM PRIMVS QVAESTIOnum, vel Theologicarum, vel Iuris ſeu facti, qui initio cuiuſque Tomi habetur: Secundus locorum S. Scripturæ, quorum plurimùm interpretationem ſuam fert adiunctam: Tertius Iuris Canonici capitum, quæ nunc ſtrictim, nunc fuſè declarantur. Quartus eſt Iuris ciuilis, qui leges ex eo explicatas refert. Quintus eſt Verborum & Rerum omnium copioſiſſimus, qui D. NAVARRI *opes literarias ob oculos ponit.*

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Sumptibus Ioannis Gymnici, ſub Monocerote.

Anno M. DC. XVI.

REVERENDO ET MAGNIFICO VIRO D. SEVERINO BINIO, SS. THEOLOGIÆ DOCT.

METROP. COLONIENSIS ECCLESIÆ CANONICO.

DOMINO ET PATRONO COLENDISSIMO.

IOANNES GYMNICVS BIBLIOPOLA S.

TANTAM in Numa Pompilio prudentiam, iuſtitiam, doctrinam, cæteraſque virtutes æuo iſto celeberrimas eluxiſſe refert antiquitas, vt licet Curibus Sabinis ortus, ſolitudinem amaret, priuatam ſibi viuendi normam ſelegiſſet, nihilominùs à pop. Romano Comitijs curiatis, comprobante idipſum authoritate Patrū ſecundus poſt Romulū Romani regni Monarchiam, regioſque faſces fœlici ſydere conſequi mereretur, qui quidem conſcenſo apice, non efero Martis opere ſuperbus, ſed omnis diuini humaniq; Iuris conſultiſſimus, veterumque Sabinorum diſciplina inſtructus, quid vtrique ſuæ gentis Ordini neceſſarium foret, ſumma ſemper diligentia ſategit, propter quod & Romani moris, & vetuſtatis inſtaurator appellatus, & poſt mortem diuino donatus ſtemmate perhibetur. Alterum Numam ſuperiori ſæculo floruiſſe dixerim, dum in locuples vtriuſque Iuris ſcrinium, Martinum illum Azpilcuetā Doctorem Nauarrum oculos conijcio, quem anguſtis Luſitaniæ finibus natum, per varia, tergiuerſantem eſto, florentiſſimarum Academiarum gubernacula, infracta virtus, quin concludier neſcia ad ſummum ſacerrimumve Pœnitentiæ prætorium, in ipſa ſeptimontia orbis Domina euocauit, quo tanquàm lucerna ardens ſuper candelabrū poſita luceret omnibus qui in domo Dei, id eſt, Eccleſia Chriſti ſunt, luceret verè, errorum dubietatumq; in his quæ iuſto an conſona eſſent fugando tenebras, & ſolidæ ſcientiæ lucem diffundendo, quod equidem tam fœlici ab ipſo dexteritate peractum accepimus, vt ampliſſimus iſte ſelectiſſimorum virorum conſeſſus abſente Nauarro mancum ſe mutilumve agnoſcere non erubuerit.

Idem agnoſcere hactenus viſa fuit mihi Germania, quādo aliquoties allatis aliunde tanti viri monumentis quaſi recreata, ſatura tamen eorundem copia perfrui non licuit, quod attendens ego & Germaniam continuò recreare, & ſatietatem explere propoſui: Verùm proponente me, ſic (neq; enim dubito) aut diſpoſuēre fata, quibus iam ſemel immutabile manet neutiquā reliquias bonorū virorum tempus vt auferat, quin virtus peremptis morte luceat, nā non argētum ſolum aurumve vel numiſma ſplendēs moneta recōdita eſt hominibus, ſed & illa quā vti conuenit virtus, aut ipſa hæc velit, quæ, quippe bona, ſui diffuſiua, vel Italiæ, vel Iberiæ, vel Galliæ terminis vlteriùs contineri impatiens, Germanis quoque lucis ſuæ fulgore irradiare voluit.

Abſolutum itaque præparatumve opus dum Germanorum hiātibus labijs ingerere paro, primus tu mihi occurris admodū Reuerende & Eximie D. SS. Theologiæ Doctor profundiſſime, cui virtus confinis ad eos quibus fulges honores viam ſtrauit, quem confines labores notum iam fecēre orbi, (ex quo enim fonte tanta ſcaturigo reſponſorum Iuris, quam ipſa à Spiritu ſancto congregata Concilia, quibus ad Ordinem redigendis tu quantum inſudaueris, ne obitum repetam, ſileo) & ijdem labores magis elaborati notiorem reddent: Tua inquam Reuerenda admodum & Eximia occurrit Dominatio, hoc addens ſolaminis, vt licet de grata Germanis imò expectata editione horum monumentorum, nullus mihi reſtet ſcrupulus, gratior tamen & expectatior, quin vlterius, eadē futura ſit, tuæ Eximiæ Dominationis approbata, ſi fuerit calculo.

Accepta igitur hoc qualecunq; beneuoli affectus indicium, & ex vnguibus cognoſce leonem, ex ſcriptis Nauarrum; Hic autem tua dum voluitur manu, animetur mens ad perficiendum illud, quod breuibus dico, vniuerſa Eccleſia Catholica magnum religionis ſuæ fulcrum, Conciliorum tomos reuiſos, recognitos, auide præſtolatur. Vale. Coloniæ, Anno Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti M. D. C. XV I. ipſo die Decollationis Ioannis Baptiſtæ.

COMMENTARIVS IN CAP. INTER VERBA, XI. Q. III.

IN QVO DE GLORIA, HONORE, LAVDE, AC bona fama, deque igloria, vituperio, infamia, & detractione, præmiſſo nonnihil de ſilentio, & loquutione profundè, & reſolutè traditur, quandoque cuiuſque horum appetitio, auditio aut dictio ſit virtutis, aut vitij actus, & quæ bona, quæque mala, mortifera, vel venialis.

PROOEMIVM.

DOnaturus latinitate illum commentarium in quoddam celeberrimum celeberrimi Gregorij elogium, iam pridem quibuſdam de cauſis ſermone Hiſpano compoſitum, in quo tractaueramus de laude, & vituperio, deque gloria, & ingloria, fama, & infamia, deque bene, maleque verborum meritis: imprimis quàm humillimè inuoco Verbum illum ſupernum à Patre coæterno ante ſæcula genitum, & vnà cum eodem Patre ante eadem ſæcula producens Spiritum ſanctum vtrique coæuum, qui linguas etiam infantium efficit diſertas, cuiuſque virtute Verbum caro factum eſt, vt glorioſiſſima Virgine matre Maria, quæ ante preces needum obſecrata fauorem donat, & ad miſeros maternas explicat vlnas, totam eorum ſanctiſſimam Trinitatem, eandemque indiuiduam vnitatem exorante, ita explicemus verbis aptis, eiſdemque ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, cuius cenſuræ omnia ſubmittimus, probatis verborum fructum, eorundemque damnum, quo ſemper defæcata, fructuoſa, eique placida loquamur, & audiamus. Amen.

ARGVMENTVM.

PRæmoneo te imprimis Chriſtiane Lector, quòd regenti mihi prima functionis cathedram in ſacra Canonum facultate in Academia inclyta Conimbricenſi maximo cum fauore Chriſtianiſſimi Regis Ioannis Luſitaniæ huius nominis III. & totius regni Florentiſſimi, quorum obnixe rogatu Cæſar ille glorioſiſſimus, & Iſabella eius vxor incomparabilis Auguſta, quæ præfati Regis erat ſoror, me illo Salmanticæ relicta eiuſdem functionis cathedra miſſo, cùm viderer verbis iniurijs cuiuſdam appellationis extraiudicialis læſum, venit in mentem dubitatio, an deberem reſpondere aduerſario plenè retaliando, quantùm charitas Chriſtiana permitteret, an omnino ſilere, quantum vera religio ſuadet, an medium inter vtrumque tenere: cuius rei cauſa nouem præludia præfato commentario Hiſpano præmiſi, quorum omnium medullam gratia breuitatis in ſummam in tria infra ſcripta redigo.

PRIMVM PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *Loquendum regulariter lingua loquenti aptiore.*
2 *Maiora minoribus ex cauſa poſtponi.*

QVod duo prima præludia continebant excuſationem, & rationem, cur in hoc commentario potius ſermone Hiſpano quàm Latino loquuti fuimus, cùm vnuſquiſque debeat vti ſermone illo, quo aptius mente concepta Cicerone auctore, a explicare poſſit, & conſtaret longè aptiùs potuiſſe me concepta mea de literis Latinis excerpta & imbibita, Latinè quàm Hiſpanè proferre. Curtem eiebam prius hunc commentarium nõ[illegible] aliud promiſſum, & quiddam minus, quàm quartum aliud promiſſa, & maiora, cum maiora minoribus præponi debeant, iuxta iura, b cum eius gloſ. pro ſingularibus habita, A c & d Cardinalem S. Sixti. & S. Thomam, c qualia ſunt, quæ poſſunt honeſtè quidem donari, ſed non exigi. d Eſt enim ratio excuſandi, quòd multa licet ſuo genere meliora & maiora, magisq; debita ſint, quæ tamen ob circumſtantias perſonarum, temporum, locorum, & alias ſrequenter poſtponi debent, & minoris haberi iuxta iura, e & S. Thomam f & multæ circumſtantiæ quas non expedit nunc referre, tunc aderant, ob quas Hiſpana verba oportuit Latinis præferre, & poſtponere maiora minoribus, ſolutionemque debitorum iuſtitiæ donationis honeſtæ. B

a lib. 1. officiorum.
b in c. hanc qui dem 50. di ſtin. c. quemadmodum. de iureiur. lib. 6.

c ſup cap. 1. 30. diſt.
d ibidem.
e 2. 2. q. 5. ſu. art. 6 & q. 101 art. 4. & q. 117. ar. 2.
f L. melior de ma. ſi. de iure iuriũ. Cuidu q. 407.
e cap. niſi de præb. c. Lugdunenſi. 9. q. 2. l. cum ſingulare ff. de legibus c. 2.
f 2. 2. q. 29. diſt. 1. 2. q. 7. & q. 8. art. 6. & c.
g arg. l. vnd. ius ſac. C. de prædib. Imp. differentiaſ. lata 109. 2. panſa 25. ar. 2. 2. q. 61. art. ſin.

SECVNDVM PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria verbis læſum omnino tacendum.*
1 *Silentium valde laudatum.*
2 *Gratia multa ad loquendum gratis data.*
3 *Loquutio an ſit dignior ſilentio.*
4 *Silere, & loqui per ſe nec bona nec mala.*
4 *Loqui & tacere nec ſemper, nec nunquam bona.*
5 *Bonum & malum ſuo genere quid.*
6 *Bonum an ſit vllum, quod mala circumſtantia fiat malum.*

MARTINI

Ab

AZPILCVETA DOCTORIS NAVARRI, IVRISCONSVLTORVM NOSTRÆ ÆTATIS CLARISSIMI,

AC PERSPICACISSIMI, SOLERTISSIMIQVE
ſacrorum Canonum, & Vtriuſque Iuris & facti
Quæſtionum interpretis
OPERVM

TOMVS SECVNDVS.

IN QVO EA COMMENTARIA FVERVNT REPOSITA, QVÆ VIVO
ipſo ſuper aliquot capita Decretalium D. Gregorij IX. & Extrauagantem fœl. record.
Gregorij XIII. quæ incipit, *Ab ipſo*, impreſſa fuerunt, quibus inſuper illa nondum
edita, & manuſcripta opera nunc adiecimus, quæ partim in aliqua
Decreti capita, partim in Decretalium volumen
conſcripta, nunc primùm in lucem
prodeunt.

*CATALOGVM PORRO COMMENTARIORVM OMNIVM, QVAE
hic habentur, paginâ quintâ videre poteris.*

COLONIÆ AGRIPPINAE,
Sumptibus Ioannis Gymnici, ſub Monocerote.
Anno M. DC. XVI.